Institutiones mathematicae - Cod. St. Blasien 67

Kircher, Athanasius

Würzburg, 1630

Geometrie

urn:nbn:de:bsz:31-47556

Tractatus 3. De Geometria .

eiusq[ue] partibus subiectivis, seu potentialibus.

Isagoge.

Licet Geometria proprie sit mensuratio terrae, tamen ut est iam ex disciplinis mathematicis, capitur generaliter pro mensurae rei cuiuscunque, terrae, agrorum, distantiae locorum, altitudinis turrium, latitudinis fluviorum, capacitatis arearum, montium, sylvarum, oppidorum, magnitudinis totius globi terrestris, corporisque caelestium, elevationis poli, aequatoris, solis supra horizontem etc. atque ut sic sumitur, definitur, est scientia, quae considerat et percipit magnitudines et figuras, et terminos, qui his insunt, praeterea inquirit rationes et affectiones his accidentes, denique varias positiones et motus; quam doctrinam antiquiores geometrae in duas distinxerunt partes; in eam quae proprie geometria dicitur, quae in planarum figurarum dimensione consistit, et in alteram quam stereometriam vocant, quae est corporum solidorum scientia: Nos eam in 4 partiemur species, in cyclotrigonometriam, ichnographiam, stereometriam, staticam, de quibus omnibus theorice et practice in serie tractatu agetur.

Definitiones .

1° Magnitudo est, ratione quam aliquid dicitur quantum. bicubitum etc. 2 terminus est extremum magnitudinis 3 punctum est cuius nulla pars divisibilis. 4 linea est magnitudo longa tantum, lineae termini sunt puncta. 5 linea recta est, quae ex aequo suis terminis interiicitur, puta linea recta est A ——— B si omnes eius partes aequaliter iaceant intra terminos A et B ita ut nulla pars protuberet ullam in partem. Alii. linea recta est, cuius extrema obumbrat omnia media. 6. superficies est magnitudo longa et lata tantum. 7° superficiei termini sunt lineae. 8. plana superficies est, quae ex aequo suis terminis interiicitur, quod ex definitione lineae rectae colliges. 9. Planus angulus est duarum linearum in eodem plano non in directum iacentium, alterius ad alteram inclinatio; ut duae lineae AB, CB constituunt angulum planum ABC si iacentes in eadem plana superficie, inclinentur, et se tangant in puncto B. nec iaceant in directum; quia si iacerent in directum, sicut linea A B C, non angulum sed unam lineam AC constituerent. cum quo angulus sit duarum linearum inclinatio, non ideo maior erit angulus, si maiora sint latera, vel si maior sit laterum divaricatio, neque propterea angulus augebitur aut diminuetur, si eius latera augeantur, vel diminuantur.





10 Angulus rectilineus est, qui rectis lineis constituitur, curvilineus, qui curvis.

11 Angulus angulo aequilaterus est, si eorum latera alterum alteri aequalia sint, ut anguli A B C D E F sunt inter se aequilateri, si latus AB lateri DE, et latus BC lateri EF aequale sit, quod et alio nomine dicitur, utrumque utrique aequale, vel unum uni, alterum alteri.



12. Anguli rectilinei aequales sunt, si cum aequilateri sumpti fuerint, ab aequalibus rectis subtendantur; ut anguli A B C D E F erunt aequales, si cum unius anguli latera, alterius anguli lateribus, alterum alteri aequalia sumpta fuerint; puta si latus BA, ipsi ED, et latus BC ipsi EF sumatur aequale, ab aequalibus A C D F subtendantur.









13 Inæquales v. anguli sunt, si, cū æqlateri sumpti fuerint, ab inæqualibus rectis subtendantur; et maior quidem ē, q a maiori, minor, q a minore subtenditur. +

14. Quando recta sup rectā consistens, æquales vtrinque fecerit angulos, erit linea perpendicularis, seu normalis, et vterque angulus erit rectus, vt si recta AB insistens rectæ CD, angulos ABC. et ABD æquales fecerit, vterque angulus ē rectus, et recta AB ipsi CD. dr̃ perpendicularis, siue ad rectos angulos, sicut et vicissim recta CD, ipsi AB ē ad rectos et perpendicularis. +

15. obtusus angulus ē, q maior ē recto, vt EBC.

16. Acutus vero, q minor ē recto, vt angulus EBD, q recto minor ē ABD

17. figura ē magnitudo, q sub vno, vel pluribus terminis continetur. Rectilinea vero figura sunt, q rectis lineis continentur; atque ea iterū multipliciter diuiduntur, in 3laterās, seu trigonas, eo qd̃ constent 3 lineis, quadrilateras, seu tetragonas, q 4 lineis, poligonas, seu multilateras, q pluribus constant lineis.

18. Inter figuras 3lateras æqlaterū 3angulū, siue Isopleurus ē, qd̃ 3a latera sunt æqualia, vt ABC.

19. Isosceles v. seu æqcrurū 3angulū ē, qd̃ duo tm̃ latera sunt æqualia, vt F. G. H.

20. scalenū, seu gradatū 3angulū dr̃, qd̃ oīa latera sunt inæqualia vt SPO.

21 3angulū rectangulū ē qd̃ sunt aliqm ex angulis suis rectum, vt 3angulū KLM, in quo angulus L sit rectus.

22. Triangulū ampligoniū, seu obtusangulū ē, qd̃ aliqm e suis angulis ht obtusū, vt NOR. vbi angulus O ē obtusus.

23. 3angulū oxigoniū, seu acutangulū ē, qd̃ oēs 3, angulos ht acutos, vt KRS. +





De quadrilateris figuris. +

24. quadratū siue tetragonū ē figura constans 4 lateribus æqualibus, et totidem angulis æqualibus, vt figura ABCD. cuius AB dr̃ vertex quadrati. DC. basis. AC et BD costæ, seu catheti aut perpendiculares, AD linea diagonea, vel diagonalis a diameter quadrati. +

25. Parallelogramon, siue altera parte longius ē figura quadrilatera, cuius opposita latera inter se sunt parallela, æquangula quidem figura ē, at n̄ æqlatera, vt CDFE, cuius oēs anguli sunt æquales, n̄ v. oīa latera. +

26. Rhombus e conuerso ē figura æqlatera, n̄ tm̄. æquangula, vt SPVT. in qua oīa latera æqualia, n̄ tm̄ oēs anguli. +

27. Rhomboides figura ē nec aequangula, nec aequilatera, opposita tn. latera et angulos oppositos st aequales, vt N O P M.

28. Quaeque v. alia figura quadrilatera, trapetia vocant, q irregulares st et infinitae, vt in figuris adiectis patet, a b c d. e f g h. etc.



29. lineae parallelae seu aequidistantes dnr, quando semper (licet in infinitu producantur) aequaliter distant, siue quando a quouis puncto ad alterum perpendiculares sunt aequales, vt lineae AB. DC.



30. figurae aequales, seu isoperimetrae st, q superficies, seu areas aequales continent, pnt n. figurae aequales areas continere, etsi latera et angulos habeant inaequales, vt clarum ē, pt n. trianguli area, quadrati aequalis ee, neq tn. illarum figurarum anguli aut latera erunt aequalia, et figurae specie diversae aequales inter se ee pnt, circulus quadrato, parallelogramon triangulo cuicunque, de qbus deinceps.

De circularibus.

31. Circulus ē figura vnico termino seu linea contenta, lineam ambitum seu circumferiam dicunt, intra quam punctum quoddam est, ex quo oēs lineae ad ambitum ductae inter se st aequales, vt circulus A. Diameter v. circuli ē recta per centrum acta, et ad ambitum vtrinque terminata, qualis ē recta CE. ex qbus patet illos circulos inter se ee aequales, quorum diametri fuerint aequales, et e uerso.



32. Segmentum circuli ē figura, q ab arcu seu parte circumferiae, et a recta linea continetur, semicirculus v. ē segmentum circuli, qd a diametro subtenditur, vt ABC. q continetur arcu ABC et recta AC. segmentum vero DEF, qd continetur arcu DEF, cui subtenditur diameter DE.



33. in aequalibus circulis, arcus et segmenta st aequalia, q ab aequalibus rectis subtenduntur, vt arcus superioris figurae MCFN, in eodem aut aequalibus circulis erunt aequalia, si recta subtensa MN. TO. fuerint aequales. item sicut arcus ita et segmenta erunt aequalia.



De corporibus solidis.

34. corpus solidum abstracte consideratum ē, qd longitudinis, latitudinis et profunditatis dimensionem habet, cuius quidem extremitates st superficies, et qa n nisi in sensibilibus rebus hae corpora considerantur, n tn. quaque materia sola figura constat, q sensibilibus inē; ideo nominantur figurae solidorum corporum, quorum hae st species.



35. Sphaera ē figura solida capacissima, vnica superficie contenta,

ad quam

 ad qm ab vno aliquo puncto in medio posito, oes lineæ rectæ ptractæ int se st æquales, fitq ex circuductu semicirculi maalis, in punctu, a quo moueri cœpit, partes eius st axis et diameter.



35 Conus e figura solida, q circulu ht p basi, et ad vnicu punctu colligit; nam si a puncto sublimi ad circuli circuferentia fuerit ducta linea recta, q circuducat, donec ad eunde locum redierit, figura solida, q gurat est conus.

37. Cylindrus e figura solida, q circulis ptinuatus æq distantibus, et intercepta superficie cylindrica, fitq ex circumductione parallelogrammi in locu, vnde moueri inceperat.

38. Pyramis e figura solida, q a basi 3latera, aut 4drilatera, aut m. multangula colligitur ad vnum punctum.

39. Tetraëtron, siue m. pyramis 4drilatera e, q ptinet 4 trigonis, q æqlatera, et æqangula sunt.

40. Cubus e figura solida, sex æqualibus et æqangulis quadratis ptenta, ptinens in se oes musicas proportiones.

41. Parallelipipedon e figura solida 6 pstans parallelogrammis, et subinde 4 et duobus quadratis.

42. Octaëtron e figura solida 8 trigonis æqualibus et æqlateris ptenta.

43. Icosaëtron e fig. solida 20 trigonis æqualibus et æqlateris ptenta.



Geometriæ speculatiuæ Theoremata.

Theorema de puncto. ptactus lineæ sup lineā aut planū erecta, iton lineæ et sphæra sibi et sphærarū ptactus fit in puncto. ratio q linea latitudinem nulla ht, et circulus seu sphæra nulla partem recti, exemplu ji e A E B tangentis in puncto N. lineam E B; iton sphæra G H tangentes se in puncto O.

Propositio ja Theorema pu.



Recta in recta cadens aut duos rectos, aut duobus rectis æquales angulos facit; na si recta A B cadat ppendiculariter in C D, [redacted] faciet vtrimq angulos rectos, qd si aliter cadat, excitata ad ppendiculū B E linea, tunc v. ga angulus A B C valet rectum E B C, et supē pars E B A, q cu angulo A B D valet alteru recti E B D. patet gō duos angulos A B C et A B D duobus rectis eē æquales.

Prop. 2.

Prop. 2. Theorema. 2.



Si duae rectae se invicem secuerint, angulos ad verticem oppositos aequales facient: si duae rectae AB. DC. se mutuo secuerint in puncto E; anguli ad verticem oppositi AEC et DEB. erunt aequales, nam quia recta CE cadit in AB, anguli AEC et CEB. valent duos rectos iuxta propositionem jam; sed et recta BE cadens in rectam CD, similiter causabit angulos aequales duobus rectis BED, et BEC, ablato ergo communi CEB, anguli AEC et DEB manent aequales: non aliter probabitur, angulos AED, et CEB. quae oppununtur ad verticem, aequales esse; ergo si duae rectae etc.

Prop. 3. Theorema 3.



Quae alterutri parallelarum est perpendicularis, utrique est perpendicularis. Recta AB cadat in parallelas CD. EF, et alterutri illarum, puta CD sit perpendicularis; dico eandem BA ipsi quoque EF esse perpendicularem; sumantur n. utrinque aequales BC. BD, et ad puncta C et D excitentur ipsi perpendiculares CE. DF, ducanturque CA. DA, quia ergo in triangulis ABC, et ABD latera BC et BD aequalia sunt, et BA commune, angulique contenti ad B recti, et proinde aequales, erit basis CA basi DA aequalis, angulique correspondentes ACD ipsi ADB et CAB: BAD aequales. similiter ostendentur triangula ECA. ADF m. esse aequalia; ergo quae alterutri etc.

Prop. 4. Theorema 4.



Quae eidem sunt parallelae, inter se quoque sunt parallelae, ut si recta AB. uni eidem EF sit parallela, erunt m. inter se parallelae. ducatur n. recta GH secans ad rectos ipsam EF in puncto I. quia ergo recta IH uni parallelarum EF est ad rectos, alteri quoque AB erit ad rectos, et similiter GI. utrique parallelae EF. CD erit perpendicularis; recta ergo AB. CD uni et eidem GH sunt perpendiculares, ideoque inter se parallelae. ergo quae eidem sunt etc. quod erat demonstrandum.

Prop. 5. Theorema 5.



Diameter quadrati est incommensurabilis costae, quod probatur, quia si commensurabilis esset, numerus par esset aequalis numero impari, quod est impossibile. demonstratur. sit quadratum, cuius diameter sit AB, costa una AC; si igitur diameter haberet se ad costam AC, ut quadratum AB ad quadratum AC ex 7 propos. l. 10 Eucl. sed quadratum AB est 25, et quadratum AC 9, et rursum quadratum diametri AB duplum est ad quadratum AC costae. igitur numerus 25 quadratus diametri 5, duplus erit ad 9 qui est

quadratus













qdratꝰ nūerꝰ costę trium, et rursu 18 nūerꝰ 2plꝰ est ad 9. qdratū costę AC igit̃ nūerꝰ 18, ē equalis nūero 25 p 1m axiom. Eucl. q̃ vni et eidem st̃ equalia, etc. p hec oīa st̃, qd.

Prop. 6. Theorema 6.

oīs 3anguli quocūq latere pductꝰ, externꝰ angulꝰ duobꝰ simul internis et oppositis est equalis. in 3angulo ABC producto quocunq latere, puta BC vsq in D. externꝰ angulꝰ AED duobꝰ simul internis et oppositis A et B ē equalis; ducta n. ex C recta CE ipsi aB parallela, qa recta AC tangit parallelas aB et EC. anguli alterni BAC et, et ACE st̃ equales, et qa in easdem parallelas AB. EC cadit in recta DB angulꝰ externꝰ ECD equalis ē interno et opposito ABC, go totꝰ angulꝰ ACD duobꝰ simul a et b, ē equalis, oīs go 3ang. etc.

Prop: 7. Theorema 7.

In oī 3angulo tres anguli duobꝰ rectis st̃ equales, nā in 3angulo ABC producto latere BC internꝰ ACB cū externo ACD valet duos rectos, atq angulo externo duo interni et oppositi st̃ equales; angulꝰ go ACD cū duobꝰ AB. valebit in duos rectos; atq hinc patet, duos quoscūq 3anguli angulos, duobꝰ rectis ēē minores, nā si tres simul equales st̃ duobꝰ rectis, duo qcunq ex illis, minores erunt duobꝰ rectis. etc.

Prop. 8. Theorema 8.

oīs angulꝰ in semicirculo rectꝰ ē. In semicirculo ABC, si cstitutꝰ sit angulꝰ qcūq, puta CBA, dico eū ēē rectū, si n. ex centro D ducat̃ recta DB. cstituent̃ 3angula duo Isosceria DAB. DBC, st̃ n. latera DA, BD. item DC et DB equalia, quare angulꝰ DAB angulo DBA supra basin AB, item angulꝰ DBC angulo DCB supra basin BC equalis erit, iā v. qa 3anguli ABC tres anguli valent duos rectos, horū a. triū angulorū dimidiū, vt iā dmstratū ē, cstinet̃ in angulo ABC, quādoqdem hic angulꝰ duobꝰ alijs equaleat, nēē ē, hunc ipsum angulū ēē dimidiū duorū rectorū, ac pinde ēē rectū. qd erat dmstrandū. hinc patet, quo linea ppendicularis erigenda, quarē gnomones exarandi. etc.

Prop. 9. Theorema. 9.

omnis trianguli maiꝰ latꝰ maiorem angulū subtendit, etsi

etsi angulus maior sit, a maiore latere subtenditur; vt si trianguli ABC latus AC maius sit quam AB. dico ipsum angulum ABC, ipso ACB esse maiorem, sumatur n. recta AD, ipsi AB aequalis, ducaturque recta BD; quia igitur triangulum ABD est Isosceles, anguli ABD, et ADB inter se sunt aequales, sed angulus ADB, est externus BDC et ipso triangulo BDC maior, inde interno et opposito C, quare angulus m. ABD maior est angulo C; multo igitur maior totus angulus ABC angulo C. quod erat demonstrandum. e converso si angulus ABC maior sit angulo C, maius m. erit latus CA subtendens maiorem angulum B, quam latus AB subtensum angulo minori C. non n. erit aequale, nec minus, alias angulus ABC aequalis esset, aut minor C, igitur erit AC maius, quam AB. hinc efficitur, omnium linearum quae ab aliquo puncto ad rectam quampiam ducuntur, brevissimam esse perpendicularem in triangulo. hinc aliud excerpitur, quod scilicet duo omnis trianguli latera simul sumpta maiora sint reliquo. +

Prop: 10 Theorema 10.

In omni parallelogrammo oppositi anguli et latera aequalia sunt, ipsum vero parallelogramon diameter bifariam diuidit; nam in parallelogramo AB CD ducta diameter AD, anguli alterni BAD, ADC sunt aequales, sicut m. anguli alterni CAB et ADB. cum igitur triangula ABD et ADC duos angulos aequales habeant, et latus correspondens AD commune, triangula sunt vndique aequalia. quare opposita latera AB. CD sunt m. aequalia, oppositi item anguli C et B, itemque A et D, et quia triangula ABD, ADC sunt aequalia, diameter AD bifariam diuidit parallelogrammon. in omni igitur parallelogramo etc.



Prop: 11 Theor: 11

Parallelograma super eadem basi, et in eisdem parallelis constituta inter se sunt aequalia; super eadem basi AB constituta sint duo parallelograma AD; AF, sintque AB. CF lineae parallelae, consideranturque deinde duo triangula CAE, DBF, in quibus latus AC, aequale est ipsi DB, et CE alteri DF, nam CD. EF aequalia sunt vni et eidem AB, et addito communi DE lineae CE. DF. sunt pares, sed et angulus BDF, aequalis est ipsi C, cum in rectas CA, DB cadat CF, sunt igitur triangula CAE, BDF iuxta praedicta vndique aequalia; quare ablato communi triangulo DGE trapetia relicta CDGA. FEGB sunt aequalia, et addito communi triangulo ABG tota parallelograma sunt paria. +



Corollaria.

1. Parallelogrammon, super basibus aequalibus et in iisdem parallelis constituta inter se esse aequalia, quotumuis producantur, vt parallelogrami: ECDF et GHCD sunt omnia aequalia parallelogrammo ABCD.

2°.

2°. Si triangulum et parallelogrammon eandem habuerint basin, sintque in eisdem parallelis, erit parallelogrammon duplum trianguli, ut parallelogrammum ABCD est duplum trianguli DEF, e converso vero, si basis alicuius trianguli fuerit dupla basi parallelogrammi inter easdem parallelas constituti, erit triangulus aequalis parallelogrammo, ut triangulus OMC, cuius basis est dupla ad basin parallelogrammi ABCD, est eidem aequalis, item quotquot scribentur trianguli super basin OC ad alteram usque parallelam, et quocunque describatur, ut POC, omnes inter se sunt aequales, et parallelogrammo, cuius basis 2 continet.

3° Quod possint construi triangula cuicunque quadrato, aut parallelogrammo aequalia, item triangulum dato parallelogrammo, aut e contra triangulo aequale triangulum, aut parallelogrammon.

4°. Eiusdem altitudinis triangula et parallelogramma sunt sicut bases, ut si triangula ABC, DEF habeant aequales altitudines AG, DH sicut et parallelogramma ABCI et EFDK, est enim altitudo figurae linea perpendicularis a vertice ad basin ducta; unde figurae in eisdem parallelis AD BH constitutae, eandem habent altitudinem, et e converso; dico tam triangula, quam parallelogramma in eadem ratione esse, in qua sunt bases, nam si basis BC, duplo aut triplo maior sit basi, ita enim triangulum ABC maius erit triangulo DEF, triangula enim eam rationem inter se habent, quam bases, et quia triangula sunt parallelogrammorum dimidia, quam proportionem habent triangula inter se, eandem quoque habebunt parallelogramma.



Prop: 12. Theor. 12.

Parallelogrammi omnis, eorum quae circa diametrum sunt, parallelogrammorum complementa sunt aequalia; Parallelogramma ABDC. BEGF constituta circa diametrum CG. complementa vero sunt parallelogramma ABEH et DBIF, quae dico inter se esse aequalia, nam quia diameter CG bifariam dividit parallelogramma circa diametrum constituta, aequalia enim erunt triangula EBG. BFG itemque triangula ABC et BCD, si ergo ab aequalibus triangulis HGC, et GCI auferantur aequalia EGB. et BGF, item ABC, et BCD, complementa ABEH et DBIF remanebunt aequalia.



Prop: 13. Theor: 13.

In triangulo rectangulo quadratum, lateris angulum rectum subtendentis aequale est duobus simul quadratis laterum aliorum angulum rectum continentium, et si quadratum unius lateris, duobus simul quadratis reliquorum aequale sit, angulus, quem reliqua latera continent, est rectus. in triangulo ABC, angulus A rectus sit, fiantque super lateribus AB et AC quadrata BG. CH, item fiat super latere BC angulum rectum



Theor. 14.

sub-

subtendente q̄drato BK, qd dico eē aequale duobq aliorum laterū q̄dratis simul sumptis, ducatur AE parallela, ipsi BD aut CK, iungantur rectae AD. FC, quia q̄ angulq DBC angulo FBA rectq recto, ē aequalis, addito cōi ABC, pares erunt anguli DBA, FBC; sunt igitur triangulorū ABD. FBC latera DB. BA ipsi BC. BF singula singulis aequalia. Triangula igitur ABD, et FBC sunt aequalia, sed triangulū ABD ē dimidiū parallelogrammi BE, cū sit sup eadem basi BD, inter parallelas BD vel AE, et eandem ob causas triangulū FBC ē dimidiū q̄drati BG. quadratū q̄ BG aequale ē parallelogramo BE cū eorū dimidia sint paria, q̄d si puncta BG. AK iungantur duabq lineis rectis; eadem plane methodo probabitur, parallelogramon EC, quadrato CH eē aequale; totū q̄ q̄dratū BK reliqs duobq aequale ē. In oī q̄ triangulo etc. f.

Prop: 14 Theor. 14.

Si ad vnū trianguli latq parallela ducta fuerit, recta quidem linea haec proportionaliter secabit ipsiq trianguli latera. In triangulo ABC, ducatur ïo recta DE parallela lateri BC, dico latera AB et AC secta eē proportionaliter in D et E. i. eē vt AD ad DB. ita AE ad EC, vel vt ab ad dc. ita AD ad DE, vel vt AB ad AC. ita AD, ad AE, ductis n. rectis CD, et BE. erunt triangula DEB et DEC sup eandem basin DE, et inter easdem parallelas DE. BC constituta inter se aequalia. quare vt triangulq ADE ad triangulū DEB. ita ē triangulū idem ADE. ad triangulū DEC, atq vt triangulq ADE ad triang. DEB, ita ē basis AD ad BD, cū hae triangula sint eiusdem altitudinis, vt constat, si per E agatur parallela recta ipsi AB; et eadem rōe vt triang: ADE ad triang. DEC. i. basis AE ad basin EC, vt igitur AD ad DB, ita ē AE ad EC, cū hae duae proportiones eaedem sint proportiones trianguli ADE ad triangulū DEB et DEC, q̄d ē propositum.

Corollarium.

Hinc fit, vt linea recta, q parallela ducitur, vni lateri in triangulo, auferat triangulū toti triangulo silem, ducatur n. in triangulo ABC lateri BC parallela DE, dico triangulū ADE triangulo ABC eē silem, aequanguli n. sunt, cū anguli ADE et AED aequales sint









sint angulis ABC et ACB externis, et angulꝫ A cōis. quare vt dmstrāc sit, circa angulos aquales latera sint pportionalia, et homologa.







Problematis 2di.

Prop: 15 Theorema 15.

Si in triangulo rectangulo pperpendicularis ab angulo recto ad basin ducat, q ad pperpendicularem sit triangula, et toti triangulo et int se sint silia, et illa pperpendicularis erit media pportionalis; in triangulo ABC sit angulꝫ BAC rectꝫ, et ex basi CB ad basin A ducatꝫ pperpendicularis AD, qa go in triangulis ADB. ADC anguli DAC, et ADC recti sint, et angulꝫ C cōis, tertiꝫ ABC, DAC erit aqualis, ac pinde triangula ADC ADB sint aequangula et silia. n alibi ostendeꝫ triangulū ADB ēē sile toti triangulo ABC ac pinde sint m. silia int se triangula ABC, ADC. ex quo patet, pperpendicularem ab angulo recto ad basin ductā ēē mediam pportionalē int duo basis segmenta, nā vt ē CD ad DB, ita DB ad DA.

Prop: 16 Theorema 16.

Datis duabꝫ rectis mediā pportionalem invenire. data recta ABC in directū collocetꝫ, ac sup AC fiat semicirculꝫ ADC, nā si ad punctū B excitetur pperpendicularis DB secans semicirculū in D, recta DB erit media pportionalis, ductis n. rectis AD. DC angulꝫ ADC ē rectꝫ. quare recta DB ē media pportionalis int basis segmenta, hoc ē int datas rectas AB, et BC. datis go duabꝫ etc.

Inventio media pportionalis p numeros.

Mediū pportionale dr qntitas media int duas, q ita se ht ad minorē, qmadm maior ad mediā, sic invenitꝫ. duc pm in vltimū seu terciū, pductiꝫ radix quadrata dabit mediū pportionale, vt placet investigare mediū hoc int tria et 12, ducantꝫ 3 in 12, fiunt 36, quorū radix qdrata 6 scil ē mediū pportionale, item int 4 et 9, qbꝫ in se ductis fiunt 36, cuiꝫ radix qdrata ē 6 mediū pportioale; duo a. media pportionalia inter quosuiꝫ nūeros invenies hac roē; minorem duc in se, pductū in maiorem, quotientis radix cubica ostendit minorem nūerum tangm mediū pportionale mediantem, et in pportioe 2dū; vt int 3 et 24 sic invenies duo media; duc 3 in se fiunt 9, hac in 24 fiunt 216, cuiꝫ radix cubica ē 6, deinde vt 3ū habeas, ex priori regula duc 6 in se fiunt 36, q diuisa p 3 manet 12, ē go 3tigua pportio 3. 6. 12. 24, cuiꝫ pportioales duo medij sunt 6 et 12 qsiti.

Probl:

Problemata Geometrica varia ad praxin in oi Scia mathematica aegredam idonea ; De sectione linearu rectaru.

Prop. j. Problema pr. j.

Datá rectá lineá finitá in quolibet partes aequales dividere
Sit data recta AB, secanda in 5 partes aequales, constituatur 3angulus ABC cuius basis sit divisa in 5 aequales partes, et ex punctis divisionum ducantur rectae coincidentes in angulo C. His factis intercipe datá rectá in 5 aequales partes secandá intra structurá 3anguli ACB ductaque parallela ED · [redacted] AB lineae ab uno crure ad alterum 3anguli, secta erit data recta in 5 aequales partes. Aliter per instrumentum. fiant duae lineae aeque distantes, cuiuscunque volueris magnitudinis, uno, duobus v. 3 ab invicem distantes palmis, et sint signatae AB. CD. quo facto trahe lineas aeque distantes parallelas a latere AB in aequales partes diviso, ad latus CD similiter in aequales partes diviso, a punctis ad puncta, cu ascriptis numeris parallelorum, ut hic vides, et paratum erit instrumentum. Usus erit iste: si offeratur linea secanda in 4 partes, ex centro A duc lineá rectá ad lineam parallelam 4am, et erit divisa aequaliter in 4 partes. et sic de aliis.





Prop. 2 Problema 2.

Sup datá rectá finitá 3angulu construere, sit data recta AB. ex centro A spatio AB describatur circulus BCD, et ex centro B spatio eodem ducatur alter ACE circulus, priorem secans in puncto C · iunganturque rectae lineae CA · CB, et erit factum. Rao e, qa oes 3 lineae sunt diameter circuli; cu go ex dfinióe circuli eiusmodi lineae a centro ad circumferentiam ductae sint aequales, et 3 latera 3anguli facti sint tales lineae, patet m. ee aequales.



jo Coll. Sup datá rectá Isoscelem 3angulu sic construes. Sup datá rectá AB constitue circinu, ita ut unu crus consistat in B, alteru vero intra A vel ultra A extensu describat arcu, hoc facto invariato circino similiter ex A similem fac arcu; et ex A et B, ad puncta intersectionis arcuu C duc lineas, et erit factum. Isoscelem quidem acutu si ultra A extenso circino descripseris arcu, obtusu v; si intra A · quis scalenus sit sup datá, si duos circulos describas, et ad puncta intersectionum lineas rectas ducas.





2°.



2°. ex hoc patet quo quis angulus bifariā diuidi poßit, item quis lineā data recta, aut perpendicularis erigi. +.

Problema 3.

Sup. datā rectā perpendicularem erigere. Centro facto C. et intervallo quovis eodem describantur duo arcus secantes rectā datā in A et B, deinde ex A et B eodemq intervallo, v: alio, si placet, describantur alij duo arcus secantes se in D, nā ducta recta CD secans AB in E erit perpendicularis ad AB. Aliter. ex quovis puncto A in linea data, et intervallo quolibet usq in C assumpto, arcus circuli describantur; deinde ex puncto B, quolibet alio intervallo usq ad idem C, arcus describatur, priorem secans in C et D, eritq ducta recta CD ad AB perpendicularis. +

Probl. 4. ad datā rectā parallelā ducere.

Ex centro A ad quovis spatiū describatur arcus secans BC in puncto D. et eodem intervallo ex D. sumatur punctū E in recta eadem BC. deinde eodem intervallo ex A et E describantur duo arcus secātes se in F, nā ducta recta AF erit parallela BC. + Aliter. Fiant duo linealia ex ligno solido AB CD, quorū extrema exactè parallela duobq brachiolis ST. VX in vertebris suis iungantur, ut constringi et dilatari queant pro libitu, et parati sunt instrumentum pro parallelis, quocunq n. pones lineale ABCD, semper eidem erit parallela utraq linea quolibet modo constricta et dilatata. +



Problema 5. Circulū exacte in suas partes diuidere.

Circulus quicunq sit, diuidatur in 360 partes seu gradus hac methodo: 1o secetur in 4 aquales partes, seu quadrantes, per diametros se ad angulos rectos intersecantes. 2o diuide quemq quadrantem in 90 partes aquales, quo facto hoc totū circulū diuisū. Vg. sit circulus ABCD diuidendus in 360 gradus; diuiso eo prius in 4 partes, ut dictū, per diametros ad πρὸς ὀρθὰς ductas ABCD, diuides unū ex quadrantibus Vg AC in 90 partes aquales eo modo. Accipe quantitatem semidiametri circuli diuidendi circino, et ex C versus A interceptam quantitatem transfer sup arcū CA, et iterū invariato circino ex A versus C eandem quantitatem transfer sup arcū AC, et hoc quadrante diuisum in 3 aquales partes, quos si circino per totū circulū transferas, erit diuisus in 12 partes seu horas, si hec spatia iterū bifariā, habis 24. pro diuidendi magnam maximam habet utilitatem in sciotericis horologijs. diuisa itaq quadrante in 3 partes, quarū quaq habet 30 gradus, ter n. 3 faciunt 9 pro quadratem, diuidatur quaq harū tertiarū in duas, deinde quis ex duabus in 5 gradus, et habis quadrantem diuisum. +



Wallenstein habet 30000 equitū et magnā copiā peditū paratā aduersus Suecū An. 1632. 10 maij, sed nondū ob defectum pabuli equorū prodijt in campos. o Jesu!

Coroll. ju.

Corollariū 1. Hexagonū describere, duc semidiametrū in ipheriam circuli, et necte pūcta lineis, et h̄bis hexagonū, q̄d si 3angulū æqlaterū circulo inscribere velis, iunge puncta quis 3º loco posita, medio omisso, et h̄bis q̄sitū. f. Coroll: 2. dodecagonū describere seu figurā laterū 12, divide circulū in 12 partes æquales iuxta dicta pbl: 5 et iunge puncta lineis, et h̄bis q̄situ. f. f.
Cor: 3. quadratū describere: iunge 4 extrema diametrorū circuli lineis rectis, et h̄bis q̄situ, si vero extra circulū q̄res, fiant particulares ad extrēa diametrorū iuxta pbl. 3. et q̄ducta ad occursū q̄stituunt q̄drati, cui circulq inscriptq. f.

Probl: 6. Heptagonū describere, iuxta pbl. 5 coroll. 1. fiat 3angulū æqlaterū in circulo, et sit ABC, quo facto duc lineam ex centro A ad punctū vnū ex ante relictis, Vq ad V. secabit 3anguli latq in O bifariā, dico OB et latq heptagoni; q̄d si applices ipheriæ, habebis q̄fectū heptagonū, cuiq lateris arcū bifariā si dividas, et puncta punctis nectas, hs tesseradecagonū. f. 14 angulorq. Octogonū sic facies, describe q̄dratū in circulo iuxta pbl: 5 coroll: 3, arcūq, q̄m latq q̄drati subtendit, divide bifariā, et has partes duc q̄ reliqm ipheriā, lineis n. rectis a punctis ad puncta ductis hs octogonū, cuiq latera si iterū bifariā dividas, hs 16 laterū figuram. f.



Probl: 7. pentagonū, hexagonū, et heptagonū, decagonū in vna figura describere. Fiat circulq ABCD sectq suis diametris ad rectos ABDC, diametrūq OC divide bifariam, et ex puncto S ad intervallū SA fac arcū ex A vsq in V, fietq 3angulū AVO, cuiq latq AV erit latq pentagoni, AO latq hexagoni, OV latq decagoni, linea a. q̄pendicularis SP, latq heptagoni.



Probl: 8. Enneagonū, sive nonāgulū describere.
Facto circulo LMN, describatq invariato circino tres radij, seu piscium vesicæ LV, NV, MV, diviso vno radio ex illis iuxta semidiametrū circuli in 3 æquas partes, ductaq linea q̄pendiculari transversa, ex 3 puncto sectionis vel 2 ad vtriusq radij LV extrema, hæc n. linea erit latq enneagoni, media lateris octodecagoni. f.



Problema 9. Hendecagonū seu 11 laterum figurā describere. Sume 4 partem diametri, et adhuc insuq 8uā partem eiusdem 4tæ, hæc dabit latq hendecagoni. f.

Probl: 10 ovalem figurā describere.
Fiant duo circuli CB. AF. occulti sup data rectam AB intersecantes se in punctis H et L. his factis impone pedem circini, sup punctū L et describe arcū PR radens sufficiem circulorq CB.



CB et F A. deinde inuariato circino describe stem arcu V M ex S. Puncto, et habis figurá oualem, quam si velis acutá poteris, si facias circulos distare vltra coem diametrum, aut obtusá iuxta coarctoem. f.

Problema ij figurá serpentiná seu spira sup datá rectá occultam A F describatur semicirculus A C F, inde ponatur quantalibet distia aliud centrú I iuxta centrú E, et ex hoc centro ex E contracto circino aliquantulú describes ex A semicirculú A S quod coincidet cu precedente A C F, sed terminabitur in S. hoc facto, pone pedem circini in centrú E et ab S semicirculi ante facti, describe aliú semicirculú S P quod terminabitur in P, deinde pone iterú pedem circini in centro I, et ex P in V denuo describe semicirculú, et hoc toties facies, donec figura coeat in centro. i



Problemata Geometria Isopimetra. f.

De similitudine figurarum, vel de augendis minuendisque figuris.

Problema j. Dato quadrato parallelogramo ei aequale describere, et dato quouis angulo, ei aequale parallelogrammú, aut quadratú. f. Sit datú quadratú A B C D, cui aequale debeat describi parallelogramum, extendatur latus quadrati A D et basis B C vsque in S V. et sup basin quadrati B C parallelogramum construatur inter parallelas C D et V S. dico illud esse aequale quadrato iuxta theorema 12. exemplú hic est, N M O P parallelogramú aequale quadrato; si vero duples basin quadrati D B et sup duplicatá basin construatur inter parallelas C D et V S angulus quantuscunque, dico eu esse aequalem quadrato. f.





Corollar: ex hoc problemate, oes figurae trigona tetragona in infinitum augeri, et minui possunt, si n. basin D B duples, habis parallelogramum duplo maius quadrato dato, similiter si cupis describere parallelogramum, quod 4 partem quadrati contineat, diuide basin quadrati in 4 aequales partes, et ad basin 4ae partis inter parallelas construe parallelogramum, et habis petitum. f. f.

Probl. 2. Dato parallelogramo aequale quadratú ei describere sit datú parallelogramum A B C D. cui oportet aequale quadratú describere, latus quadrati D B iungatur basi C D, in directum, siue protrahatur C D in F, ita vt D F aequale sit D B, postea sup lineá C F describatur semicirculus C N F. et linea B D ad peripheriá circuli ducta dabit



dabit latus quadrati, quod aequale sit parallelogramo. +

Probl. 3. Datis duobus quadratis, triangulis aut circulis, aequale eis quadratum, triangulum aut circulum describere. +

Sint data duo quadrata VTSP et AMNO, quibus inscribantur circuli et circulis triangula, quaeritur, quod debeat dari quadratum quadratis, circulus circulis, triangulus triangulis aequalis; constituatur ex lateribus duorum quadratorum, triangulus rectangulus BCD, et super basin subtendentem angulum rectum construatur quadratum, huic inscribatur circulus, circulo triangulus; dico quadratum hoc esse aequale duobus quadratis alijs, circulum circulis etc. iuxta Theor. 13.

Coroll. Cum hoc divinum inventum non habeat finem inventionum, poteris quamcunque figuram datam aequalem facere duabus alijs datis inaequalibus, et e contra; nam si dato quadrato rectangulo quovis, a latere quasvis figuras descripseris, sibi tamen similes, semper eadem figura ex subtendente descripta, erit dupla ad duas a lateribus descripta. +



Probl. 3.

Probl. 4. quadratum multiplicare. +

Nota. sicut se habet quadratum ad quadratum, sic circulus ad circulum ijsdem quadratis inscriptum, ita ut, si quadratum ad alterum sit duplum, eadem analogia quoque se habeant circuli ijsdem inscripti. Multiplicatur itaque circulus a quadrato, describatur quadratum iuxta coroll. probl. 5, quod sit ACBD, ducto diagoneo DC iuxta datum diagoneum describatur alius circulus, et circulus circundetur alio quadrato; dico quadratum hoc esse duplum ad quadratum BCDA, sicut et circuli ijsdem quadratis inscripti; quia DAC angulus rectus est, unde cum quadrata CA et AD simul iuncta sint aequalia CD quadrato, quod quadratum BD duplum est quadratorum CA, AD. +



Probl. 4.

Probl. 5. Datum circulum 3plum, 5tuplum, 7tuplum facere.

Sit dati circuli diameter AB, quem volumus 3plare, elongetur AB in C, et sit AB aequalis AC et sit AB aequalis AD, dico circulum ex DC descriptum esse 3plum priori datum. +



Probl. 5.

Finis Tractatus tertij.

Tract. 4

Tractatus 4 de Geometria Practica.

Pars 1a de doctrina sinuum.

Sinuum doctrina nihil est aliud quam scientia quantitatis rectarum linearum in circulo subtensarum, ad semidiametrum eiusdem circuli in certas partes divisam habentium certam proportionem, quae cum infinitum usum habeat, in omni negotio mathematico, ideo de hac dicendum restat.



Definitiones. 1o. subtensa linea quae et chorda dicitur, est recta in circulum inscripta, totum circulum in duo segmenta dividens, et utrumque segmentum pariter subtendens, talis est in adiuncta figura, recta BC quae dicitur subtensa arcus BCD et BCG.

2o. sinus rectus, sive rectus primus, est dimidium subtensae seu chordae subtendentis duplum eius arcus, cuius dicitur sinus rectus; ut recta BH est sinus rectus arcus BDG et arcus BDG. quae est dimidium subtensae BC, subtendentis duplum arcus BD et duplum arcus BIG. sic CH est rectus sinus CD et arcus CIG.

3o. sinus versus, quae et sagitta dicitur, est pars diametri inter arcum et sinum rectum intercepti, ut sinus versus arcus DB vel DC est BH recta, et sinus versus arcus BIG vel CIG est recta HG. et sinus versus arcus BF est EF.

4o. sinus complementi, quae et sinus rectus secundus dicitur, est sinus rectus illius arcus, quo datus arcus a quadrante differt, ut recta BE est sinus complementi arcus DB et arcus BFG. est enim sinus rectus arcus BF, quo prior datus arcus a quadrante superatur, et quo posterior datus quadrantem superat, sic recta BH est sinus complementi arcus DF et arcus BCI, cum sit sinus rectus arcus BD.



5o. sinus totus est semidiameter circuli, hoc est, sinus rectus, et sinus versus quadrantis, ut FA et DA dicitur sinus totus, quia omnium sinuum maximus est, cum gradibus 90. circuli quadranti respondeat, atque hic est basis omnium sinuum aliorum, quem dividunt Astronomorum alii in 100000 alii in 10000000. alii in plures particulas, ut harum partium ratione alios sinus metiantur, et proportiones omnium sinuum ad sinum totum exprimant; nobis satis erit in 1000 partes divisisse, pro dimensionibus tam geometricis, quam astronomicis.

Problema primum.



Data semidiametro, seu sinu toto 1000 partium quantitatem linearum subtendentium arcus 60. 36. 72. 18 reperire. Sit data circuli semidiameter AB, eidem aequale erit latus hexagoni eidem circulo inscripti per propositionem 5 probl. 5. atque hoc est subtensa sextae circuli partis, hoc est 60 graduum. porro dividatur semidiameter bifariam in E et ducta recta ED abscindatur iuxta problema 7. ei aequalis CE, ex qua subtracta CA relinquitur BC latus decagoni eiusdem circuli, hoc est arcus 36. hac praxi additis quadratis DB et CB notis, si a producto extrahas radicem quadratam, nota erit CD linea, iuxta 15 theor. Pythagorae. a qua si subtrahas lineam CB, nota habebis BE lineam, seu

seu decagoni latus subtensum gradibus 36, iterum quadratum DE inventum addatur quadrato sinus totius BD et extracta radice quadrata dabit lineam DE, latus pentagoni seu subtensam 72 gradibus.

Probl. 2. Dato sinu toto 1000 partium, sinum rectum arcus 45 graduum invenire.

Cum sinus rectus sit cum sinu verso quadrantis subtendens, et utrumque representet sinum totum, hoc inito cognoscens illi hac praxi: quadratum sinus recti quadrato sinus versi iunge, latus summae* dabit subtensam arcus 90, cuius dimidium est sinus quaesitus. ut quadratum sinus recti CA est 1000 partium, quadratum sinus versi BA similiter est 1000 partium, quorum quadrata addita faciunt 2000000, cuius radix quadrata dabit subtensam arcus 90 graduum, cuius dimidium quaesitum dabit sinum 45 graduum. demonstratio pendet ex prop. 15 Theor. Pythag:



* sive radix quadrata.

Probl. 3. Dato sinu recto arcus quadrante minoris, sinum complementi eiusdem arcus reperire. Quadratum sinus recti aufer ex quadrato sinus totius, latus residui est sinus complementi. EG. quadratum sinus totius AE est 1000000. quadratum sinus recti EF arcus 30 graduum est 250000, hoc deducto de sinu toto manent 750000, cuius residui latus dat sinum complementi FA, vel EG. Sic ages de reliquis sinibus investigandis, quod facile fieri poterit, si primarijs sinibus erutis, reliquos subsidio regulae trium invenias.



Sequitur Tabula sinuum rectorum, seu semichordarum posito sinu toto 1000 partium.

Min.	0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	
0	000	17	34	52	69	87	104.	121	139.	156	173.	190	45
15	4	21	39	56	74	91	108	126.	143	160	177.	195	30
30	8	26	43	61	78	95	113	130	147	165.	182	199	15
45	13	30	47	65	82	100	117.	134	152	169	186	203	0
Min.	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	
0	207	224	241	258	275	292	309.	325	342.	358.	374	390	45
15	212	229	246	263	279.	296	313.	329.	346.	362.	378	394.	30
30	216	233	250	267	283	300	317.	333	350	366.	382	398.	15
45	220.	237.	254	271	288	304	321	337.	354	370	386	402.	0
Min.	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34.	35.	
0	406.	422	438.	453.	469.	484.	500	515.	529.	544	559.	573.	45
15	410.	426.	442.	457.	473.	488.	503.	518.	533	548.	562	577.	30
30	414.	430.	446	461	477.	492	507.	522	537.	551.	566.	580	15
45	418.	434.	450.	465.	480	496.	511	526	540	555	569.	584.	0
Min.	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47.	
0	587.	601	615	629.	642	656	669.	681	694	707.	719.	731	45
15	591	605	619.	632.	646	659.	672	685.	697.	710.	722	734.	30
30	594.	608	622	636.	649.	662	675.	688.	700	713.	725.	737.	15
45	598.	612.	625	639.	652	665	678.	691	704	716	728.	740.	0

m	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	
0	743.	754.	766.	777.	788	798	809.	819.	829	838.	848	857	45
15	746	757.	768.	779	790	801.	811	821	831.	841	850	859	30
30	748.	760	771	782	792	803.	814.	824	834	843.	852	861	15
45	751	763.	774.	785	796.	806	816	826	836.	845	854	863	0
m	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71.	
0	866	874.	882.	891.	898.	906	913.	920	927	933	939.	945.	45
15	868	876.	884.	892	900	908	915	922	928	935.	941	946	30
30	870	.878	887.	894	902	909.	917	923	930	936.	942	948	15
45	872	880	889	896.	904	911	918	925	932	938	944	949	0
m	72	73	74	75	76	77	78	79	80	81	82	83.	
0	951	956.	961	965	970	974	978	981.	984.	987.	990	992.	45
15	952	957.	962	967.	971	975	979.	982.	985	988	990.	993	30
30	953	958.	963.	968	972	976	979.	983.	986	989	991.	993.	15
45	955	960	964.	969	973	977	980.	984	986	989.	992	994	0
m	84	85	86	87	88	89	90						
0	994.	996	997.	998	999	999	1000						45
15	994	996	997.	998	999	999	1000.		Finis Tabulæ Sinuum				30
30	995	996	998	999	999	999	1000						15
45	995	997	998.	999	999	999	1000		Hesdinij in Artesia 1632 3° Marij				0

Appendix de sinubus tangentibus et secantibus. Definitiones.

1a. Sinus tangens, quem alij prosinum vocant seu adscriptam, est linea perpendiculariter, et in puncto tangens semidiametrum circuli simul et extimam circuli superficiem, ut linea AD est tangens, quae tangit circulum una cum semidiametro CA in puncto A.



2a. Secans quam alij hypotenusam vocant, seu transsinuosam, est linea recta ex centro per eundem arcum, quem secat, ad tangentem usque ducta, cum qua angulum facit; ut linea CD. basis denique est semidiameter eiusdem circuli, super quam lineae praedictae fundantur ad constituendum triangulum rectangulum, cuius basis semper est sinus totus.

Fabrica tabulae tangentium et secantium, ex tabulis sinuum.

